

Quae sunt peccata pugnantia contra quartum praeceptum?

In parentibus et gubernatoribus tyrannis et indulgentia. In liberis et subditis ἀστοργίᾳ, contumacia, seditio, seruitus impia, in vocatione cuiusque ignauia et curiositas.

[27:] Quid significat „longaeuitas“, quam Deus promittit  
obtemperantibus huic praecepto? 5

Non tantum referenda est longaeuitas ad aetatis et annorum numerum seu ad longum spacium vitae, sed ad omne genus prosperitatis, quod ad felicem et tranquillam vitam pertinet, vt sunt sanitas, vxor, liberi, familia, commodae functiones, pax, bene constituta respublica, bonae leges, oeconomia felix. Denique omnia praesidia 10 salutaria, sine quibus nihil voluptatis aut laetitiae haec vita corporalis habet.

Dic quintum<sup>d</sup> praeceptum.<sup>e</sup>

Non occides.<sup>47</sup>

Quae sunt virtutes quinti praecepti?

Pertinent ad quintum praeceptum multae virtutes: fortitudo, mansuetudo, 15 aequitas, misericordia, amicitia, humanitas, clementia, zelus, studium concordiae:

[28:] Fortitudo est propugnatrix iusticiae videlicet depellens pericula, quae recta ratio iubet depellere, et ita perferens acrumnas, quas recta ratio iubet perferre, ne fracti dolore faciamus contra iustitiam fuit alias virtutes.<sup>f</sup> 20

<sup>d</sup> V.: D, E, F, G.

<sup>e</sup> Holzschnitt: Kain und Abel (Gen 4,1–8): B.

<sup>f–f</sup> nicht in G.

<sup>47</sup> Vgl. Ex 20,13; Dtn 5,17.